

ceu debitum exigens honorem honorat. Papali assidens lateri cum eo cibum sumit. Diversa presentantur fercula. Quorum in presentatione girat Ieronimus oculos, ad vestes velut gratias agens inclinat et in ammirationem circum-sedentium deosculatur. Persoluto ventri debito, cur sic actitarat, requiritur. 'Honorantibus', inquit, 'me honorem exhibebo. Vilitas vestium me honore privarat, pretiositas iam insigniter honorat'. His auditis exardescit ira apostolica celsitudo, in furorem mota est tota papalis curia. Et sic

a mundi capite lux mundi pellitur Urbe.

Die Fortsetzung ist von derselben Hand fol. 244' neben dem Leben Gregors I. eingetragen worden:

Erat Rome mos antiquitus institutus, ut ad apostolicorum virorum sepulcra die noctuque lumen arderet. Nec immerito: nam iuxta evangelicam auctoritatem illi lux sunt mundi¹, quibus collatis clavibus regni caelestis ligandi atque solvendi pontificium tradidit altissimus². Mos inolevit, sed ignoro an penuria vel negligentia morem delevit. Lucerna ardens et lucens³, beatissimus videlicet Gregorius, dum paparet, dum ecclesiam Dei apostolico iure gubernaret, aut⁴ legit vel audivit a narrantibus, quid olim temporis vir apostolicus Siricius in beatum gesserat Ieronimum. Factum est in una dierum, lustratis Urbis interioribus, sanctus Gregorius ad tumulos virorum apostolicorum

luminibus sacris ardentia lumina⁵ cernens et ad predicti papae tumbam perveniens, substitit, exclamat, indignans protinus infit: 'Tumba tegit papam, qui mundi lumen ab Urbe expulerat dudum, quod replet dogmate mundum. Hinc vere indignum et iniustum est ardere lumen ad sepulcrum illius'.

Dixit, vas fregit baculo fuditque liquorem. Et sic in Siricium vindicat Ieronimum.

Diese 'dicta' Alfreds waren bisher nicht bekannt. Mit den unter seinem Namen gehenden 'Sprüchen', die in der Unterschrift einer Hs. als 'dicta regis Alvredi' bezeichnet werden⁶, haben sie nichts gemein. Ferner be-

1) Matth. 5, 14: 'Vos estis lux mundi'.

2) Vgl. eb. 16, 19.

3) Ioh. 5, 35: 'Ille erat lucerna ardens et lucens'.

4) Der Miniator hat 'aut' ergänzt.

5) Vgl. Vergils Aeneis II, 405: 'ad caelum tendens ardentia lumina frustra'.

6) The Proverbs of Alfred re-edited by Walter W. Skeat, Oxford 1907, p. 40.